

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 214

Mundi termino adpropinquante, ruinis crebrescentibus, iam certa signa manifestantur; idcirco ego, in Dei nomine, Lanthildis, considerans gravitudinem peccatorum meorum, et reminiscens bonitatem Dei dicentis, Date elemosinam et omnia munda fiant vobis; si aliquid de rebus nostris locis sanctorum vel substantiae pauperum conferimus, hoc nobis, procul dubio, in aeterna remuneratione confidimus; quia propter ego, in Dei nomine, Lanthildil superius nominata, convenit mihi, pro timore Dei vel anime meae remedio vel pro anima Fredeberto seniori meo, ut ad basilicam Sancti Salvatoris ubi dominus Epotemius corpore quiescit, infra patriam Britanniam, super alveum Vitisonia, in monasterium qui dicitur Roton, ut aliquid de rebus nostris ibidem delegare deberem, quod ita volo ut maneat in perpetuum, hoc est, mansus noster in pago namnetico, in vicaria Grandocarnpo, in villa qui dicitur Marcis, que, dato precio nostro, legibus comparavimus de aliquo homine nomine Gustono, hoc est, cum causa et edificiis, cum pervius et regressibus; et habet ipse mansus inter vinca et terra culta et inculta satione ad modia :X. t.; et terminatur ab uno latere et una fronte terra Garberto et Leomundo, ab alio vero latere et alia fronte per vius publicus; quicquid vero ad ipsum pertinet vel pertinere videtur, mobilibus et immobilibus, cultum et incultum, quesitum vel ad inquirendum, totum et ad integrum, quicquid in ipso loco mea videtur esse possessio vel dominatio, ad predictam basilicam trado atque transfundo vel scribo de meo iure in iure et dominatione ipsius basilicae eiusque rectores perpetualiter ad possidendum, ita ut a die presente quicquid exinde rectores ipsius basilicae facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi iure hereditario. Si quis vero, quod futurum esse non credo, si fuerit, post hunc diem, aut ego ipse, aut ullus de heredibus vel de propinquis meis, seu quislibet opposita vel emissa persona, qui contra hanc venditionem venire aut ullam calumpniam generare presumpserit, auri libras .V., argenti pondera .X., coactus exsolvat, et sua repeticio omnimodis frutretur et nullum obtineat effectum, sed haec donatio meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum stipulatione subnixa, firmam et inviolabilem inconvulsamque valeat obtinere perpetuam firmitatem. Actum est Andegavis civitate, in mense iunio, anno tercio post discessum domno Hlodouuico mitissimo vel praecellentissimo Augusto. Signum Lanthilde, que hanc donationem fecit et roborare iussit in honore Sancti Salvatoris; signum Frededane, filia sua, consentie; signum Fredeburg, filiam suam; signum Gundredane, filiam suam; Inginulf; Daramnus, presbyter, scripsit.